a FIET aper. Manet in pro tei fabula. vt ostēdat illū omnem fallaciam meditaturū. ne pecuniā debitam reddat.

b SI male rem gerere. Si insipientis est rem male gerere. & contra bene gerere. stultus erit perilius qui tantū dicat. i. credendo tanti debitorē scribit quantum non possis rescribere. idest reddere. Nam scribit fœnerator tibi qui cū pecuniam ad fœnus collocat illius ꝛe in mensa creditorem facit. tu autem cum dissoluis iubes illam in mēsa illi rescribi. idest in suū creditū reduci

c AVDIRE. Lubet omēs attente audire sua argumenta quibus ꝓbat oēs peccare.

d TOGAM compore. nā qui diutius sessurus ad audiendum est solet cōmode vestimentū componere. Acron autem exponit componere q. substernere vt attentius audiant.

e DANDA est helebori. Sensus est. quicumq; aliquo vitio laborāt insani sunt. vnde eorum cerebrum hellebo ro purgandum est. Sed inter omnia vitia auaritia maioris insanię est. ergo plus hellebori expetit.

mutabitur in aprū — nō erit modo — nō respondebit, vt mortuus
a
Fiet aper: modo auis: nō saxū & cum volet arbor
admirabitur illū — s. est
b — stulti
Si male rem gerere insani est: contra bene sani:
insanius — illius fenerātoris
Putidius multo cerebrum est mihi crede perilli
numerantis — reddere
Dicantis: quid tu nunc; rescribere possis
solent enim auditore diutius vestes cōponere
c — vt attentiores sint — d
Audire atq; togam iubeo componere. quisquis
cupiditate honoris — diuitiarum
Ambitione mala: aut argenti pallat amore
ꝓfusione — vel — nimio cultu religionis
Quisquis luxuria tristi ne superstitione:
Aut alio mitis morbo calet huc propius me:
stultos esse — ex — accedite
Dum doceo insanire omnes: vos ordine adite
e
Danda est hellebori multo pars maxima auaris
recta — mittat
f
Nescio an anticyram ratio illis destinet omnem
g — hereditatis — runt
Hæredes scaberi summā incidere sepulchro
nisi quisq; summā — pugnantium in arena
Ni sic fecissent. gladiatorum dare centum
ex testamento — illius ꝓfusi hominis
Damnati populo paria atq; epulum arbitrio arri
colligit — regio illa — verba scaberij
Frumēti quantum metit aphrica: siue ego praue
.i. iussi
h
Seu recte hoc volui: ne sis patruus mihi credo
ꝑscaberij — circumspectum
Hoc scaberi prudentem animū vidisse. quid ergo
scaberius — hereditatis
Sensit cum summā patrimonij insculpere saxo
iussit — scaberius
Hæredes voluit: quo aduixit: credidit ingens
esse — diligentius. s. quā ꝑpaupertatē
Pauperiē vitium: & cauit nil acrius: vt si
moreretur
Forte minus locuples vno quadrante perieret:
quis.
Ipse videretur sibi nequior: omnis enim res
scꝫ
Virtus fama decus diuina humanaq; pulchris
obediunt — congesserit
Diuitijs parent. quas qui construxerit ille

f NESCIO anticyram. Metonomia per id quod continet. ꝑ id quod cōtinetur Anticyra enim nomen est insulę in qua multa conficitur medicina posuit anticyram pro medicamine. i. nescio si omnis medicina danda sit auaris. magnitudinē vitii explicit.

g HEREDES scaberi. scaberius iussit heredes suo sepulchro incidere sūmā patrimonii quā illis relinquebat. adiecta pena ni scripsissent vt centum paria gladiatorū populo exhiberent. preterea epulum darēt eo sumptū quem censeret arrius.

h NE sis patruus. Ne sis cēsor vt patrui in nepotes esse consueuerunt vt alibi demōstratum est. hoc autem idcirco iussit quia putabat diuitias summū bonum esse. & illis omnes virtutes parere. & qui diues fuisset eum omnia esse. vt stoici de sapiēte dicūt. sic igitur vehementer dissentit ab Aris. cyrenaico qui cū e patria in greciam philosophandi causa proficisceretur iussit seruos aurum proiicere vt expeditiores ad iter carpendum essent.



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0321
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg